ut non sint infructuosi; Salutant te qui mecum sunt
omnes, Saluta eos qui nos amant in fide; 6 Gratia
dñi cũ omnib; uob amen; Expl ad titũ inc̃ ad filimonẽ

Argumentũ. Filimoni familiares litteras facit pro one
simo seruo ei scribit autẽ ei a roma de carcere per eundem
onesimũ. Incipit eadem epistula.

Paulus uinctus xpi ihũ & thimotheus fratẽ filemoni
dilecto & adiutori nr̃o & appię sorori & archippo
commilitoni nõ & ecclesiae quae in domo tua ẽ. Gra
tia uob & pax a dõ patre nõ & dñoihũ xpõ; Gratias
ago dõ meo semp memoriã tui faciens in orationib;
meis. Audiens caritatem tuã & fidem quã habes in (tuę)
dño ihũ & in omnes scõs. ut cõmunicatio fidei
euidens fiat in agnitione omnis boni (operis quod est) in uobis in xpõ
ihũ, Gaudiũ enĩ magnũ habui & consolationẽ in ca
ritate tua, quia uiscera scõrũ requieuerunt per te
fratẽ, propter quod multã fiducia habens in xpo ihũ
imperandi tibi quod ad rem pertinet. propter caritatem autẽ
magis obsecro cum sis talis ut paulus senex. Nunc
autẽ & uinctus ihũ xpi, Obsecro te pro meo filio
quem genui in uinculis onesimo, Qui tibi aliquando
inutilis fuit. Nunc autẽ & tibi & mihi utilis. quem remisi tibi;
Tu autẽ illũ id ẽ ut mea uiscera suscipe, quem ego

uolueram mecum detinere. ut pro te mihi ministraret
in uinculis euangelii; Sine consilio autem tuo nihil
uolui facere. ut ne uelut ex necessitate bonum tuum
esset. sed uoluntarium; Forsitan enim ideo discessit
ad horam a te ut aeternum illum reciperes. Iam non ut seruum.
sed pro seruo carissimum fratrem maxime mihi.
quanto autem magis tibi et in carne et in dno. Si ergo
habes me socium suscipe illum sicut me; Si autem nocuit
tibi aliquid aut debet hoc mihi imputa; Ego pau
lus scripsi mea manu. ego reddam ut non dicam tibi
quod et teipsum mihi debes; Ita frater ego te fruar in
dno. refice uiscera mea in dno; Confidens oboedientiae
tuae scripsi tibi. Sciens quoniam et super id quod dico fa
cies; Simul autem et para mihi hospitium; Nam
spero per orationes uestras donari me uobis. Salu
tat te epaphras concaptiuus meus in xpo ihu.
Marcus. aristarchus. demas. lucas. adiutores
mei. Gratia dni nri ihu xpi cum spu uro amen.

Expl. ad philimonem. Incip. capitula
ad hebreos.